Ait angelus danieli. Adverte sermo- De LXX ebdomadibus
nem. et intellige uisionem. Septuaginta ebdomades ab-
breuiate sunt super populum tuum. et super urbem sanctam tuam.
ut consummetur preuaricatio et finem accipiat peccatum. et dele-
atur iniquitas. et adducatur iusticia sempiterna. et impleatur
uisio et prophetes. et ungatur sanctus sanctorum. In sacris litteris eb-
domada una pro septem annis accipitur. dicente domino ad moy-
sen. Numerabis tibi septem ebdomadas annorum. id est sep-
ties septem. qui sunt anni XL. IX. Ergo LXX ebdomades
CCCCtos XCta annos efficiunt. Septuagies enim septem. CCCCti XCta
anni sunt. Quas LXXta ebdomades aliqui a uicesimo anno reg-
ni artarxersis. quando erat LXXXme et tercie olimpiadis quartus
annus computare incipiunt. et usque ad ducentesimam secundam olim-
piadem. et secundum eiusdem olimpiadis annum. tiberiique cesaris
annum XVIIIum. supradictarum ebdomadarum numerum exten-
dunt. uolentes infra earundem ebdomadarum numerum. et na-
tum Christum ostendere. et passum in fine LXXme ebdomadis appro-
bare. sicut affricanus scriptor nobilissimus temporum refert. Alii autem
a primo anno darii quo et daniel hanc uisionem uidit. usque
ad aduentum Christi euolutas fuisse ebdomadas LXta II as et dimi-
diam docuerint. pro eo quod et in ipsa prophetia danielis sic subdiui-
se sunt. Reliquas autem VII. ebdomadas et dimidiam in passio-
ne Christi et expugnatione iudeorum. qua per uespasianum deuic-
ti sunt. completas esse definiunt. ut Tertullianus scribit. Vide-
amus inquit quomodo impleantur anni usque ad aduentum Christi. Darius reg-
nauit annis XIX. artarxersis XL. ocus qui et cyrus annis
XXIIII. argus anno I. alius darius. XXI. alexander. X. soter annis
XXXV. philadelfus. XXXIX. eseptethae. XXV. philopa-
tor. XVII. epiphanes XXIIII. item eseptethae. XXVII. sother
XXXVIII. pholomeus. XXXVII. cleopatra annis XX. mensi-
bus V. Item cleopatra conregnauit augusto annis XIII. Post

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_559/0243
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG